



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1732. usque ad annum 1734

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 90119339

§. 24. Prosper Marefoschus Cardinalis mortuus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67683](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67683)

Sæc. XVIII. Janus de Aquaviva de Aragonia, Neapolitanus, Archiepiscopus Larinensis, Sacri Palatii Apostolici Præfectus, Cardinalis Presbyter tit. S. Cæcilie. Aliter vocabatur Agapitus Mosca, patria fauriensis, Cameræ Apostolicæ Clericus, Diaconus Cardinalis tit. S. Georgii in Velum aureum. Horum prior, cum ad Hispani Regis preces Purpuratum tenuisset, hujusque Regni negotii procurandi spem haberet, Hispana insignia ante Palatii sui fores appendit, quo facto Cardinalis Cienfuegos Cesaris Orator petebat, ut ipse, utpote patria Neapolitanus pariter Imperatoris insignia affigeret, quod tam Aquaviva recusabat, progressu autem temporis adimplevit.

§. XXIV.

Prosper Marefoschius Cardinalis mortuus.

Tres ex Purpuratis hoc anno accessit mors Sacro Collegio eripuit, quibus primus erat Prosper Marefoschius ex nobilissimo Macerateni genere ortus. Patrem habuit Cæciliolum, & Matrem Sperantiam Guarini Nobilem Auximanam, quæ dignum Paternarum virtutum hæredum Prosperum genuit die vigesima mensis Septembris.

Septembris anno prioris sæculi quin-
 quagesimo tertio. Ab his liberaliter
 educatus polito primo literarum tyro-
 cinnio in Firmana Academia faciatio-
 ribus disciplinis tam egregio profectu
 operam navabat, ut jurisprudentiæ
 lauream consecutus, Romæ inter ce-
 lebriores Caussidicos numeraretur. Eo
 tempore Innocentius XII. Papa Viros
 in legali disciplina longe peritissimos
 ad Tribunal *Signaturæ Justitiæ* admo-
 vere decreverat; nec difficilis eorum
 erat selectus; cum enim Prosper inter
 ceteros emineret, ab eodem Papa Ro-
 manæ Curix Præsulibus, & præfato
 Tribunali adscriptus est, paulopost
 Eminentissimi Cardinalis Spinulæ Au-
 ditor nominatus. Evecto demum ad
 D. Petri Cathedram Clemente XI.
 S. Congregationibus de bono Regimine
 & Immunitate Ecclesiastica a Secretis
 esse jussus; Papæ Auditorem egit. Ti-
 tulo ornatus Archiepiscopi Cyrenensis;
 in aliis Congregationibus suum suffra-
 gium tulit. In omnibus hisce officiis
 tantam sibi laudis famam comparabat;
 ut ab Innocentio XIII. Cæsareæ Archi-
 episcopus & a Benedicto XIII. Cardi-
 nalis Presbyter ac Papæ Vicarius Ge-
 neralis renuntiaretur: Ejus opera &
 consilio in negotiis maxime arduis ac
 molestis utebantur Pontifices, insuper

Sæc. XVIII.
 A. C. 1732.

K z

HI-

Sæc. XVIII. Hispanam Aulam cum Pontificia re-
 A. C. 1732. conciliandi cura, necnon Alberoni

Cardinali quadriennem custodiam de-
 nuntiandi onus, atque emergentes in
 Urbe lites componendi negotium e-
 dem sæpius demandatum est. Inter
 fuit quoque anno hujus sæculi trigesi-
 mo S. Comitiis, in quibus Cardinalium
 non pauci sua in eum suffragia contu-
 lerant: ast dignitatem, quam ejus me-
 rita & præclaræ animi dotes deposce-
 bant, prope acta jam ætas, decur-
 que acceptare recusabat: Tum enim
 jam septuagesimum septimum vitæ
 suæ annum expleverat, & ad extre-
 mos dierum terminos consistere vide-
 batur: Supervixerat tamen adhuc
 non integro biennio, crebris tamen
 conflictatus morbis, quorum etiam vio-
 lentia succumbens, Romæ die vigesi-
 ma quarta Februarii vivere desit, an-
 no ætatis suæ septuagesimo nono: Se-
 pultus est sine omni pompa funebri in
 Ecclesia S. Mariæ Lauretanæ. Cete-
 rum Vir erat morum integritate, & ani-
 mi candore conspicuus, æqui, recti
 que studiosus, ac nulli parti addictus

§. XXV.

Emerici Czacky Cardinalis obitus.

Alta